wicklung von salpetriger Säure erhaltene smaragd-grüne Lösung gibt nach Abscheidung der beim Erkalten sich absondernden grünen Flocken mit Aetzammoniak eine kastanienbraune Flüssigkeit, in welcher Salzsäure keinen Niederschlag mehr erzeugt. Die Salpetersäure hat also den ursprünglichen grünen Stoff in einen in Säuren löslichen umgewandelt.

Aus diesen vorläufigen Versuchen glaube ich schliessen zu dürfen, dass die grüne Färbung bei manchen von einer eigenthümlichen Art Fäulniss ergriffenen Holzarten von einem eigenthümlichen, den Humussubstanzen analogen sauren Stoffe herrühre, für welchen ich den Namen Ioxylinsäure (ἰός Grünspan und ξύλον Holz) in Vorschlag bringe.

München am 10. Februar 1858.

Circa Stereocaula adhuc observationes quaedam. Conscripsit W. Nylander, Med. Dr.

Cl. Th. Fries in Botaniska Notiser, Octobr. 1857, „responsum" in observationes nostras circa monographiam ejus Stereocaulorum reddidit, „indignationem" suam sermone superbo magistri exprimens. Nugis argumentorum scholasticorum non moramur, emolumento solo scientiae occupati, speramusque recensionem nostram haud parum auctori utilem fuisse et eum ibi quod (licet „indignatione") in usum suum vertat invenisse, quamvis nos ignorantia et vitiis obrutos declaret.

Observationibus nostris anterioribus praecipue sententias quasdam anatomicas Commentationis de *Stereocaulis* et *Pilophoris* respeximus, sed multas alias addere potuerimus de rebus variis, ut videtur, evitandis in nova, quam parat auctor, editione monographiae suae. Ita ex. gr. apothecia *Cladoniarum* dicit (p. 6) esse „mox cephaloidea intus *inania*". Forsitan sic in schola Friesiana doceatur, at rem propius examinanti patet, apothecia in *Cladoniis* esse exactissime lecideina (seu biatorina, si placet) nihilque habere „inanis". — Similiter animadvertatur genus auctoris novum *Argopsin*, *Usneeis* relatum, iis nullam offerre affinitatem; facie externa lichen, de quo agitur, potius cum *Alectoriis* quibusdam convenit, revera autem pertinet, ex rationibus analyticis, ad *Stereocauleas*, sicut rite perspexerunt Hooker. fil. et Taylor, etiamsi errore eidem adscripsere specimina *Stereocauli ramulosi* var. *macrocarpi*. — Cur sterigmata nomine novo „spermatophora" nuncupare velit auctor aegre perspicitur; vox haecce, in Zoologia alioquin sensu valde

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0117-9

wicklung von salpetriger Säure erhaltene smaragd-grüne Lösung gibt nach Abscheidung der beim Erkalten sich absondernden grünen Flocken mit Aetzammoniak eine kastanienbraune Flüssigkeit, in welcher Salzsäure keinen Niederschlag mehr erzeugt. Die Salpetersäure hat also den ursprünglichen grünen Stoff in einen in Säuren löslichen umgewandelt.

Aus diesen vorläufigen Versuchen glaube ich schliessen zu dürfen, dass die grüne Färbung bei manchen von einer eigenthümlichen Art Fäulniss ergriffenen Holzarten von einem eigenthümlichen, den Humussubstanzen analogen sauren Stoffe herrühre, für welchen ich den Namen Ioxylinsäure (ἰός Grünspan und ξύλον Holz) in Vorschlag bringe.

München am 10. Februar 1858.

Circa Stereocaula adhuc observationes quaedam. Conscripsit W. Nylander, Med. Dr.

Cl. Th. Fries in Botaniska Notiser, Octobr. 1857, „responsum" in observationes nostras circa monographiam ejus Stereocaulorum reddidit, „indignationem" suam sermone superbo magistri exprimens. Nugis argumentorum scholasticorum non moramur, emolumento solo scientiae occupati, speramusque recensionem nostram haud parum auctori utilem fuisse et eum ibi quod (licet „indignatione") in usum suum vertat invenisse, quamvis nos ignorantia et vitiis obrutos declaret.

Observationibus nostris anterioribus praecipue sententias quasdam anatomicas Commentationis de *Stereocaulis* et *Pilophoris* respeximus, sed multas alias addere potuerimus de rebus variis, ut videtur, evitandis in nova, quam parat auctor, editione monographiae suae. Ita ex. gr. apothecia *Cladoniarum* dicit (p. 6) esse „mox cephaloidea intus *inania*". Forsitan sic in schola Friesiana doceatur, at rem propius examinanti patet, apothecia in *Cladoniis* esse exactissime lecideina (seu biatorina, si placet) nihilque habere „inanis". — Similiter animadvertatur genus auctoris novum *Argopsin*, *Usneeis* relatum, iis nullam offerre affinitatem; facie externa lichen, de quo agitur, potius cum *Alectoriis* quibusdam convenit, revera autem pertinet, ex rationibus analyticis, ad *Stereocauleas*, sicut rite perspexerunt Hooker. fil. et Taylor, etiamsi errore eidem adscripsere specimina *Stereocauli ramulosi* var. *macrocarpi*. — Cur sterigmata nomine novo „spermatophora" nuncupare velit auctor aegre perspicitur; vox haecce, in Zoologia alioquin sensu valde

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0117-9

diverso adhibita, in terminologia lichenographica nullo jure sit admittenda.

Quoad distributionem geographicam memorare liceat *Stereocaula* in Scandinavia aeque ac in America septentrionali copiosissima et optime evoluta obvenire, in regionibus temperatis vero evanescere, nec ibi nisi in montibus editioribus satis parca adesse. In Gallia jam media nulla occurrunt *Stereocauli* vestigia supra montes, ubi tamen vigent *Lecanora oreina*, *Evernia furfuracea* aliaeque species coeli frigescentis signa. In montanis Algeriae porro nonnisi miserum *St. nanum* lectum fuit ab oculatissimo Durieu, atque nullam ejus generis speciem in alpibus Abyssiniae invenit cl. W. Schimper. Quid tunc evadit theoria Dni. Fries, *Stereocaula* centrum habere geographicum in „regionibus mere tropicis (Comm. p. 2) vel quidem ea „abundare — in montibus altioribus regionum tropicarum" (p. 10)? Argumenta auctoris cetera ejusdem sunt naturae, nec sententiae, quas iracunde defendit, „veritati propius venientes". — Haud parvi fuisset momenti, ut auctor de „membrana interiore" thecarum aliquid magis definitum attulisset; dicit modo „apud *Stereocaula* praecipue apicem versus ascorum sat mihi visa est conspicua" creditque „expertissimos micrographos Kœrber et Massalongo" eandem quoque vidisse *) Mirum, hanc „membranam", hodie auctori forte non omnino claram, antea eidem fuisse „evidentem, apicem asci non attingentem" (l. c. p. 8 et 40). Nihil unquam tale detegere voluimus, nec censemus protoplasma sporigenum membrana ulla vera a pariete thecarum separari. Indicemus hic obiter thecas Stereocaulorum jodo praesertim apice coerulescentes nil analogum exhibere colorationi insigni persistenter coeruleae, quam offert jodo addito obturaculum gelatinosum apicale thecarum *Sphaeriarum* quarumdam, nam in his thecae sunt apice, ut ante animadvertimus, late perforatae (hoc orificio scilicet gelatina lichenina obturato), quum in *Stereocaulis* sunt apice integrae, tamen in parte centrali ibi jodo praesertim tinctae. Adest ambabus his rebus aliquid primo visu subsimile, attamen ratio vera admodum diversa; in *Stereocaulis* enim pars

*) Admiratoribus argutiei micrographicae fabulosae auctorum citatorum commendemus ex. gr.: Mass. Ric. f. 380 et 228 atque Koerb. S. L. Germ. analyses *Cyphelii* et *Coniocybes*. — Simul curiosos analogiarum (quales concipiuntur in schola Friesiana et quarum nos nihil intelligere haud perperam statuit auctor) relegemus ad Fries. Syst. Mycol. introd., ubi (inter res alias singulares) *Rhizomorphas* analogas esse dicitur *Fucoideis* etc. (l. c. p. XXIII.). Talia ad doctrinas pertinent scholasticas, arbitrio superstructas, quae vix aevo nostro applausum ullum inveniant.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0118-5

apicalis parietis ipsius thecae coloratione coerulea sic penetratur, in *Sphaeriis* illis vero solum obturaculum gelatinosum ibi obvium tingitur.

Observationes quasdam de speciebus nonnullis addamus. *Ster. myriocarpum* Fr., quod vix nisi varietas sit *St. tomentosi* (nec *ramulosi*, ut lapsu olim indicavimus), etiam in Peruvia et Columbia adest editumque fuit a Linden (no. 99.). — *St. japonicum* Fr. quoque in China occurrit nec specie differat a *St. coralloide* Fr. — Quoad *Ster. piluliferum* Fr., in montibus Indiae orientalis haud rarum, notetur, in coll. Zoll. no. 885 dari formam transeuntem in *St. ramulosum* typicum. — *Ster. implexum* Fr. est *St. corallinum* Mnt. Chil. p. 155, *St. ramulosum* minus Nyl. Chil. p. 149. In eodem (ex. gr. in specim. citato Lechl. Pl. Magell. no. 981) sporae sunt cylindraceo-fusiformes longit. 0,024—0,038 millim., crassit. 0,005—0,006 millim.; unde patet figuram ab auctore datam pro usu peculiari esse factam, utpote theoriae ejus quodammodo adjuvantem, sporas in hoc genere summum habere pondus in speciebus dignoscendis. — *Ster. vulcani* Fr. st. *St. salazinum* Bor., et *St. vulcani* Bor. est varietas *St. denudati*. — Quod attinet ad prioritatem nominis *Ster. azorei* observetur, Prodromum Lichenographiae Galliae et Algeriae jam ineunte Nov. 1856 exhibitum fuisse Societati Linnaeanae Burdigalensi; at hoc nomen non nostrum, sed Schæreianum. — In *St. condensato* (Fr. L. S. exs. 88) sporae crassitiei sunt 0,003—0,004 millim., neque duplo angustiores, ut vult auctor.

Nonnullae species insignes auctori ignotae sunt (cf. Nyl. Enumér. génér. des Lichens, p. 91). *)

Parisiis, 16. Febr. 1858.

---

*) Exempla: 1) *Ster. lecanoreum* Nyl. Thallus albidus, podetiis solitariis (2—3-pollic.) firmis, subsimplicibus, pallide tomentosis, granulis a basi supra medium parcissimis vel vix ullis, superius parcis, integris cylindraceis breviusculis apicem versus parum attenuatis; apothecia fusco-nigra terminalia (interd. 2 millim. lata) plana, margine thallino crenulato cincta; sporae 5—7-septatae long. 0,072—80 millim., crass. 0,005 millim., hypothecium infuscatum. — In montibus Novae Granatae. (Hb. Hooker.)

2) *Ster. corticatulum* Nyl. (coll. Colens. p. 144.) — Thallus caespitose ramosus firmulus (altit. vix 7 millim.), erectus vel ascendens, compressiusculus, latere saltem supero corticato, cortice transversim diffracto (ita quasi areolato-corticato), superius extus granuloso-pulvereo (saltem in apicibus ramulorum obtusis); apothecia fusca plana vel convexiuscula infra vel margine pallescentia terminalia (latit. 0,5 millim.); sporae fusiformes angustae. — Supra saxa calcarea in Nova Zelandia. Habitu *Stereocauli Delisei*, sed notis datis mox distinctum.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0119-3

Berichtigungen und Beiträge zur Flora Südbayerns, von O. Sendtner.

Seit dem Erscheinen meiner Schrift „über die Vegetationsverhältnisse Südbayerns" sind mir eine Reihe von Thatsachen bekannt worden, welche folgende Berichtigungen und Beiträge veranlassen. Die Arten mit durchschossener Schrift sind neu hinzu gekommen. Die eingeschalteten Ziffern bedeuten veränderte Regionengrenzen und die Buchstaben Gebietsgrenzen. (S. Sendtn. Vegetat. Südb. p. 721.)

13. *Anemone Pulsatilla* S. (— 2050').
17. *Anemone sylvestris* (— 1180').
25. *Ranunculus paucistamineus* (— 2050).
33b. *Ranunculus reptans* L. (3b A — 1212) Bodensee.
86. *Barbarea arcuata* (— 1610).
105. *Cardamine trifolia.* Oestlich vom Lech.
106. *Dentaria enneaphyllos* (1900—5432).
107. *Dentaria digitata* (2400—4316).
115. *Sisymbrium Thalianum* (1—4. A—C. —1950).
127b. *Alyssum montanum* L. (1. B. 1100) Regensburg.
135b. *Draba frigida* Saut. (III. A. 6000—6900) Algäuer-Alpen.
148b. *Iberis amara* L (3b. A. 1212) Bodensee.
171. *Viola stagnina* (1—3. A. B. —1790).
197. *Dianthus deltoides* (—1860). (Im bayr. Wald bis 3260'!)
203. *Silene gallica* L. (2—3. B. —1750).
212. *Lychnis Viscaria* (—1610. — Im bayr. Wald bis 2670').
224b. *Facchinia lanceolata* (A. III. 6800—6900) Algäu.
246. *Malachium aquaticum* (1—3. A—C.)
255. *Elatine Hydropiper* (4. 2450) Füssen, fraglich.
255b. *Elatine triandra* Schk. (1. A. —1600) Augsburg.
264. *Geranium pyrenaicum* L. (1.—I. —2260).
296. *Evonymus latifolius* (1900—3022).
317. *Melilotus macrorrhiza* (1—3b. A—B. —1850).
331b. *Trifolium spadiceum* L. (1. B. 1200) Niederbayern.
350. *Coronilla montana* (1. I. B. 1380 - 2000).
364. *Vicia angustifolia* (—1900' nicht 6026!).
384b. *Spiraea salicifolia* L. (1. B. —1212). Plattling. Bodensee.
399. *Fragaria elatior* (—1736).
416. *Potentilla alba* (1—4. —2300).
439. *Crataegus monogyna* (—2960).
441. *Cotoneaster tomentosa* (1620—4300).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0120-3

446. *Sorbus hybrida* (3—4. A. B.).
474b. *Ceratophyllum submersum* L. (1—3b. A. —1800.) Bodensee, Memmingen.
520b. *Hydrocotyle vulgaris* L. (3. B. 1620). Chiemsee.
518. *Saxifraga granulata* (—2100' — arger Druckfehler „3000—6493").
524. *Eryngium campestre* deleatur.
528. *Bupleurum longifolium* (1—3. B. —2100).
548. *Angelica montana* (3—III. B. 1700—3800).
567b. *Torilis helvetica* Gmel. (1. B. —1150). Regensburg.
572. *Chaerophyllum bulbosum* (1—3. A. B. —1730).
576b. *Myrrhis odorata* Scop. (1. B. 4000). Tegernsee.
582. *Adoxa Moschatellina* (—6994!).
588. *Lonicera Periclymenum* (1—2).
610. *Galium aristatum* (II. B—C. 2000—3600).
620. *Valerianella carinata* Lois. (1. B. 1000) Kelheim.
640. *Petasites niveus* (1600—6318).
641. *Linosyris vulgaris* (1000—1460).
644. *Aster salignus* (—2252).
646. *Bellidiastrum Michelii* (890—7034).
651b. *Erigeron Villarsii* Bell. (III. A. 5800) Algäu.
680b. *Artemisia scoparia* W. K. (1. B. C. —890). Donau von Passau bis zur Grenze.
707. *Cineraria spathulaefolia* (1—I. A—C. —2500).
718b. *Senecio carniolicus* Willd. (II. A. 5400). Algäu.
723. *Echinops sphaerocephalus* deleatur.
756. *Centaurea maculosa* (1—3. A—B. —1700).
766. *Picris hieracioides* (1000—5000).
818. *Hieracium cymosum* (—1200).
850b. *Phyteuma nigrum* (1. B. 890). Bei Deggendorf Flüchtling über die Donau.
863. *Campanula Cervicaria* (—1800).
885. *Pyrola media* (2—II. A—B. 1500—1800).
963. *Verbascum phoeniceum* (2. 3. B. —1800).
967. *Scrophularia Neesii* (1—4. A. B. —2230).
969. *Digitalis purpurea* (1—3. A—B. —2166).
1003. *Veronica Buxbaumii* (—2260).
1004. *Veronica hederifolia* (1—I. —2260).
1113. *Anagallis coerulea* (1—3. —1600).
1120. *Soldanella montana* (1. I. B—C. 939—4500). Sonst nur im bayr. Wald und bis an die Donau, die sie bei Passau über-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0121-9

schreitet, vermeint. Nun von Einsele in den Alpen um Tegernsee gefunden — ganz entschieden ächt!

1132b. *Samolus Valerandi* (1. B. 1200). Reichertshofen.
1150b. *Chenopodium opulifolium* Schrad. (1. B. 1024).
1153. *Blitum capitatum* deleatur.
1184. *Polygonum minus* (1—I. A—B. —2260).
1187. *Polyg. dumetorum* (—1550).
1202b. *Euphorbia platyphyllos* L. (1. B. 1000) Deggendorf.
1221. *Ulmus effusa* (1—3).
1241. *Salix finmarchica* als Species zu streichen. Bastard.
1295b. *Najas minor* All. (1. B. 990) Deggendorf.
1350. *Malaxis monophyllos* (3—III. A—C).
1352. *Crocus vernus* (2—II. A. C. 1900—4800).
1353. *Gladiolus palustris* (1—4. A—B. 1000—2500).
1360. *Narcissus poëticus* (—2260).
1394. *Allium Scorodoprasum* L. (1. B. 1000) Deggendorf.
1395. *Allium oleraceum* (1—2. A. B. —1800).
1406. *Tofieldia borealis* (B—C).
1456. *Scirpus maritimus* (1—3. B. —1800).
1457b. *Scirpus radicans* Schk. (1. B. —13000) Deggendorf.
1469. *Carex pulicaris* (—2500).
1512b. *Carex ornithopodioides* Hausm. (A. II. 5500) Algäu.
1524. *Carex ferruginea* (2650—6800).
1543. *Panicum Crus galli* (—1870).
1592b. *Avena subspicata* Clairv. (III. A. 6994—7360) Algäu.
1646b. *Lolium italicum* A. Br. (2. B. 1600) München.
1659. *Lycopodium Selago* (2100—6400).
1670. *Polypodium Phegopteris* (1—II. A—C. 900—4000).
1675. *Aspidium Braunii* Spenn. (1. B. 3000) Ammergau.
1677. *Polystichum Oreopteris* (3—III. A—C. 1900—4800).

Literatur.

De Candolle, Prodromus Syst. natur. regni vegetabilis. Pars XIV. Sectio I., sistens Polygonaceas, Proteaceas aliosque minores ordines Monochlamydearum. Sect. II. sistens Thymelaeaceas, Elaeagnaceas, Grubbiaceas et Santalaceas. Parisiis, V. Masson 1856. 1857. 8.

Indem wir diesen neuesten Theil hier als erschienen melden, kann es natürlich nicht unsere Absicht sein, in eine specielle Be-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0122-5

schreitet, vermeint. Nun von Einsele in den Alpen um Tegernsee gefunden — ganz entschieden ächt!

1132b. *Samolus Valerandi* (1. B. 1200). Reichertshofen.
1150b. *Chenopodium opulifolium* Schrad. (1. B. 1024).
1153. *Blitum capitatum* deleatur.
1184. *Polygonum minus* (1—I. A—B. —2260).
1187. *Polyg. dumetorum* (—1550).
1202b. *Euphorbia platyphyllos* L. (1. B. 1000) Deggendorf.
1221. *Ulmus effusa* (1—3).
1241. *Salix finmarchica* als Species zu streichen. Bastard.
1295b. *Najas minor* All. (1. B. 990) Deggendorf.
1350. *Malaxis monophyllos* (3—III. A—C).
1352. *Crocus vernus* (2—II. A. C. 1900—4800).
1353. *Gladiolus palustris* (1—4. A—B. 1000—2500).
1360. *Narcissus poëticus* (—2260).
1394. *Allium Scorodoprasum* L. (1. B. 1000) Deggendorf.
1395. *Allium oleraceum* (1—2. A. B. —1800).
1406. *Tofieldia borealis* (B—C).
1456. *Scirpus maritimus* (1—3. B. —1800).
1457b. *Scirpus radicans* Schk. (1. B. —13000) Deggendorf.
1469. *Carex pulicaris* (—2500).
1512b. *Carex ornithopodioides* Hausm. (A. II. 5500) Algäu.
1524. *Carex ferruginea* (2650—6800).
1543. *Panicum Crus galli* (—1870).
1592b. *Avena subspicata* Clairv. (III. A. 6994—7360) Algäu.
1646b. *Lolium italicum* A. Br. (2. B. 1600) München.
1659. *Lycopodium Selago* (2100—6400).
1670. *Polypodium Phegopteris* (1—II. A—C. 900—4000).
1675. *Aspidium Braunii* Spenn. (1. B. 3000) Ammergau.
1677. *Polystichum Oreopteris* (3—III. A—C. 1900—4800).

Literatur.

De Candolle, Prodromus Syst. natur. regni vegetabilis. Pars XIV. Sectio I., sistens Polygonaceas, Proteaceas aliosque minores ordines Monochlamydearum. Sect. II. sistens Thymelaeaceas, Elaeagnaceas, Grubbiaceas et Santalaceas. Parisiis, V. Masson 1856. 1857. 8.

Indem wir diesen neuesten Theil hier als erschienen melden, kann es natürlich nicht unsere Absicht sein, in eine specielle Be-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0122-5

Nees diese wunderliche Abtheilung des Pflanzenreiches früher einmal nannte — nicht zu bestimmen vermochte, und die ich daher an Ort und Stelle beschrieb, um bei der Flüchtigkeit der Substanz doch das Bild desselben in mir wach zu erhalten. Bei Vergleichung dieser Beschreibung mit dem System der Pilze von Nees Tab. 24 II. pag. 14. möchte ich unmaassgeblich den gefundenen Pilz für eine *Ascröe* halten, doch trägt derselbe mehr als die doppelte Zahl der gabelspaltigen Lacinien. Ich erlaube mir, Ihnen hiermit die im Walde angefertigte Beschreibung mitzutheilen, hoffend, dass sie deutlich genug sein wird, um danach die Art zu bestimmen, was ich natürlich denen überlassen muss, die mit diesem Zweige der Botanik genauer vertraut sind, als ich.

Herba nocturna fugax carnosa fungosa, primo subglobosa, diametro 0.04 (4 centimetr.), alba, fibrillis paucis albidis solo affixa eique semiimmersa; stratum externum (involucrum) albidum intus gelatinoso-carnosum, basin versus paullo attenuatum et irregulariter sulcatum, vertice planiusculum, dein lateraliter rumpens, stratum internum florem simulans emittens; stratum internum (corpus fungi) carnosum laete carneo-cinnabarinum, leviter corrugatum, lacunosum, infundibuliforme, fere hypocraterimorphum basin versus oblique attenuatum, dein explanatum subcampanulatum, margine profunde 11-lobum, ad fauces diametro 0.05, ibique annulo crispato (hymenio) fere puniceo et gelatina glutinosa, sporidia continenti, obtecto, 0.013 lato, praeditum; lobi ad basin 0.013 lati, plerumque ad medium aut ultra bifidi aut bipartiti; laciniae teretisubuliformes 0.04 longae, ibique hinc inde irregulariter cum una vicina sua connatae. — Nomen sundense est Supa, aliis fungis pariter commune.

Noch möchte ich diesen Zeilen die Frage anschliessen, ob *Riccia natans* auch in tropischen Gegenden gefunden ist? Ich fand eine ihr — soweit ich ohne Beschreibung, deren ich auf Java entbehrte, sehen konnte, — täuschend ähnliche, die ich auch theilweise eingelegt mit einigen Exemplaren einer *Nitella* Herrn Prof. A. Braun von Java einsandte. Es ist mir jedoch noch keine Antwort darauf zu Theil geworden, wofür dieselbe zu halten? J. K. Hasskarl.

Berichtigungen.

Flora 1858. Nro. 8. S. 115. Z. 5 v. u. statt Stereocauleas l. Stereocauleos.
„ „ „ „ „ 116. „ 24 v. o. „ voluimus l. valuimus.
„ „ „ 12 „ 185. „ 2 v. u. „ Herren l. 4.
„ „ „ „ „ 187. „ 17 v. u. „ Prof. l. Referenten,
„ „ „ „ „ „ „ 12 v. u. „ 1108 l. 2208.
„ „ „ „ „ 188. „ 20 v. u. „ 1802 l. 1832.

Redacteur und Verleger: Dr. Fürnrohr. Druck von F. Neubauer.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05974-0274-1

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1858

Band/Volume: 41

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Circa Stereocauia adhuc observationes quaedam 115-120